



§. I.

Praemonenda.

Ego vero, dum vestigiis popularium meorum ingressurus, et de fontibus quibusdam Silesiae nostrae alcalino-martialibus sigillatim acturus sum, in expoundendis harum ipsarum aquarum notione, natura, elementis chemicis, viribusque medicis operam generatim consumere, ea de caussa superuacuum existimo: quod, qui ante hos quatuor annos primus nostratum in describendis his ipsis fontibus laborauit, clarissimus JOSEPHVS GIESCHE, in iam citata *dissertatione* a) haec omnia, quae huic acidularum classi generatim conueniunt, tanta absolutione atque perfectione persecutus est, ut et posteriores similium aquarum Silesiacarum descriptores clarissimi JOSEPHVS NEVGEBAVER et FRANCISCVS KURTZIVS, lectors hac de re curiosos ad *Gieschianam* remitterent commentationem. Nobis igitur, quos etiam scribendi prolixitudine variae prohibent cauae, venia dabitur, si breuissime tantum vi eorum, quae exsecutus est optimus GIESCHE, monemus: aquas medicatas alcalino-martiales ita a natura esse mistas, ut partim martiales moleculas complectantur, a spiritu aereo sulphureo aut vitriolico tenerrime resolutas;

a) §. II. et III.

ras differ.
EVPNERI
ANTONII
ALOYSII
tialibus sum.
JOSEPHI
KVRTZII
tandemque
ENTZELII
vero, ex
n classe su-
quas iam
MARTINVS
alius ex pro-
triae debet
os fontes me-
Saganensis et
truxit, vobis
curate defini-
quae hoc fa-
tim ex prima-
re potui.



resolutas; *partim* alcalinas particulas, aqueo elemento subtilissime interspersas: adiuncto interdum terrae alcalinae aut seleniticae parca portione. Quam vellemus vero, ut omnia ista examina, quae haetenus super fontibus Silesiacis salubribus instituta et in iam allegatis dissertationibus exposita sunt, ad istas dirigi adcurarique potuissent regulas, quas nuper illustris chemicus, TORBERN BERGMANN b), publice proposuit et per exempla illustrauit. Verum enim vero, ex quo hic propositis examinibus opera est data, iam quindecim, viginti, immo triginta, si *Strumpfianos* spectes labores, annorum interuallum est elapsum; quo tempore chemicis parum adhuc cum aëere eiusque diuersis generibus erat commercii, et aëris fixi siue acidi aërei (*Luftsaure*) nomen vix inciebat passim audiri. Ipsiusmet vero nobis in praesenti non concessa est opportunitas, cum ipsis istis fontibus, quos descripturi sumus, haec examina repetendi. Vos ergo, lectores, hoc cum Catone, ut est in veteri proverbio, esse oportet contentos. Interim certi sumus atque persuasi, neutquam vos esse erratuos, si, quotiescumque in his prioribusque commentariolis spiritus aërei sulphurei vel vitriolici nomen occurrit, eius loco aëris fixi aut acidi aërei nomen substituatis. Quod denique ad acidularum
alcalino-

b) In kleinen physischen und chemischen Werken. Erster Band, p. 116 sqq.
edit. germanic. Francof. ad Moen. 1782. in 8.

alcalino-martialium virtutes generatim attinet, re-
&tissime clarissimus GIESCHE c) ab earum vsu par-
tim tonicam, elasticitati et irritabilitati fibrillarum
confirmandae idoneam, partim resoluentem, aci-
dae saburrae aduersam, et antisepticam exspectari
iussit efficacitatem. Ex quibus omnibus, quibus-
nam morbis profuturae sint hae aquae, medicorum
quilibet facile adsequi poterit coniectura. Propius
ergo nunc his praemonitis, ad nostrum nos conuer-
timus propositum, fontium quippe salubrium *Hirsch-
feldensium* et *Hertwigswaldensium*, in Saganensi di-
tione scaturientium, historiam exposituri: quibus,
velut appendicis loco, pauca quaedam, quoniam
plura nescimus, de *Falckenbergenibus* Oppoliensis
ditionis acidulis adiungemus.

§. II.

I. Acidulae *Hirschfeldenses*.

ASagano, quae est primaria sui cognominis
principatus vrbs, euronotum versus, ad sesquilapi-
dem circiter, in principatus Glogauiensis confiniis,
situs est pagus quidam, cui *Hirschfeldae* nomen est,
et qui a riuulo alluitur, tandem cum aliis sui generis
oberrantibus in amniculum, quem accolae *Briesnitz*
appellant, collecto; quocum demum ad Numbur-
gum Silesiorum, ex aduerso Christianopolis littore, a

B

Bobero

c) In *dissertat. citat.* §. III.